

Beiheft

1269 Mai 14.

[42

112

Ritter Theodericus von Schonebek resigniert seine 2 Höfe in Bedemerſwich, Kipl. Osterwick, zu Gunſten des Kloſters Varlar.

Reverendo domino suo, domino Monasteriensi episcopo Th[eodericus] miles dictus de Schonebeke paratum in omnibus obsequium. His meis protestor literis, quod ego Th. et uxor mea Heilewigis et tres filiae meae, videlicet Mechtildis, Aleidis et Heilewigis, necnon et Franco filius meus junior<sup>1)</sup> ambas curtes in Bedemerstwyck, quae sunt in parochia Osterwick sitae, plane et libere resignavimus nomine vestro ecclesiae Varlarenſi in manus domini Alberti dapiferi vestri et Macharii officialis vestri in Billerebeke, quos ad eandem resignationem nomine vestro recipiendam, quia personaliter ad vos transire non poterat praedicta Heilewygis uxor mea propter evidentem infirmitatem, in qua laborare<sup>2)</sup> manifeste dignoscitur, die nobis assignato misistis. Datum et actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LX<sup>o</sup> nono, feria tertia in hebdomada Penthecostes.

Kopie im Varlarer Kopiar S. 48.

2

S 112